Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Inchamo et freno maxillas eorum astringe qui non appro
pinquant ad te. Multa flagella peccatoris: sperantem autem
in domino misericordia circumdabit. Letamini in domino et ex
ultate iusti: et glorimini omnes recti corde. Intende iusti
tia ubera me domine. Rectos. Psalmus dauid.
Exultate iusti in domino: rectos decet collauda
tio. Confitemini domino in cytharam: in psaltio
decem cordarum psallite illi. Cantate ei canticum no
vum: bene psallite ei in uociferatione. Quia ue
rum est uerbum domini: et omnia opera eius in fide. Diligit
misericordiam et iudicium: misericordia domini plena est terra. Verbo domi
ni celi firmati sunt: et spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Con
gregans sicut in utrem aquas maris: ponens in thesau
ris abissos. Timeat dominum omnis terra: a deo autem com
mouentur omnes inhabitantes orbem. Quoniam ipse dixit et facta
sunt ipse mandauit et creata sunt. Dominus dissipat consilia
gentium: reprobat autem cogitationes populorum
et reprobat consilia principum. Consilium autem do
mini in eternum manet: cogitationes cordis eius in ge
nerationem et generationem. Beata gens cuius est dominus deus
eius. Populus quem elegit in hereditatem sibi. De
celo respexit dominus: uidit omnes filios hominum. De
preparato habitaculo suo: respexit super omnes qui habitant terram.
Qui finxit singillatim corda eorum: qui intelligit omnia
opera eorum. Non saluatur rex per multam uirtutem: et gigas non saluabitur in multitudine uirtutis suae.
Fallax equus ad salutem: in abundantia autem uir
tutis suae non saluabitur. Ecce oculi domini super timentes eum: et in eis qui sperant super misericordia eius.
Vt eruat a morte animas eorum: et alat eos in fame.
Anima nostra sustinet dominum: quoniam adiutor et protector noster est.
Quia in eo letabitur cor nostrum: et in nomine sancto eius
speramus. Fiat misericordia tua domine super nos: quemadmodum speramus in te.
Benedicam domino in omni tempore semper laus